ceps Gulielme, Domine clementissime, hoc quicquid est Musici muneris ideò potissimùm dedicare volui, quòd meas Harmonias, præ multis alijs, T. C. comprimis placere, & gratas semper fuisse, iam antè cognoui, & insuper multis me beneficijs ab eadem affectum esse non ignoro. Pro quibus, vt me gratum & memorem exhibeam, has triginta tres Motetas T. C. humili mente offero, suppliciter orans, vt T. C. munus chartaceum sereno vultu respiciat, & Meilandum qualicunque voce modulantem, clementer audiat, & contrà Sycophantarum morsus, patrocinio & clientelæ suæ commendatum habeat.

*Sic Deus Haßiacos defendat vbique penates:*
*Et quacunque potest dote beare, beet.*

Datæ Francofurti ad Mœnum in die Iacobi Apostoli, Anno M. D. LXXV.

*T. C.*

*Subiectißimus*

*Iacobus Meilandus,*
*Musicus.*